

DE MUTATIONE

Ex Ioanne de Monteregio, ac Ioanne Stœfflerino.

SI quis aeris mutationes præscire uoluerit, nosse eum oportet quatuor anni tempora, Ver. s. calidum, humidum, & sanguineum, æstatem calidam, siccam, & cholericam. Autumnū frigidum, siccum, & melancholicum. Hyemen frigidam, humidam, & phlegmaticam. Deinde affectiones signorum, & planetarum. Quod si planetæ aspexerint se, uel coierint in signis igneis, superfluitatē caloris, & siccitatis in æstate denotant, & in hyeme temperamentum econuerso fiet, si in signis terreis & frigidis, gelu nāq; & niues in hyeme futuras p̄nunciant cū æstatis temperie. Si in aereis, frequentia uentorum. si in aquaticis & humidis, quam plurimas pluias in hyeme, ac temperamentū in æstate, & ita de reliquis eodem pacto agendum, considerandumq; est secundum planetarū, & signorum affectiones, suorumq; inter se aspectuū, non neglectis stellarum fixarum naturis, p̄sertim quæ in Zodiaco propius adsunt.

Saturni ☿ cum ♃, per plures dies ante & post in signis igneis magnam siccitatem parit, in humidis signis continuas aquarum inundationes, & particularia diluuiā portendit.

Saturni similiter ☿ & ☽ necnon * cum ♃ in signis humidis grandium aeris mutationū causa est, pluias cum uentis, & grandinibus per plures dies ante & post agendo.

Saturni ☿ in signis humidis, cum ♃, similiter ☿ & ☽ imbres generat, & pluias cum grandinibus tribus ferme diebus ante, & post.

Saturni ☽ ☿ uel ☿ cum ☉ pluias grandines, & dies frigidos ante & post aliquot diebus gignit, præcipue in signis aquaticis.

Saturni ☽ ☿ uel ☿ cum ♀ pluiæ imbres, & frigora generantur, eoq; magis in signis aquaticis, cū testimonio Lunæ ad prædictos aspectus.

Saturni ☽ ☿ uel ☿ cū ☿ in signis humidis pluet, in siccis siccitas cābitur.

Iouis ☉ ☿ uel ☿ cum ♃ in signis humidis tonitrua, & coruscationes cum pluiis fiunt. (notant.

Iouis ☽ ☿ uel ☿ cū ☉ uehementes flatus uentorū pluias expllētēs deiciunt, sed in alijs signis cū coierint (ut plurimū) serenitatē ferè indicant.

Iouis ☽ ☿ uel ☿ cum ♀ in signis humidis mites, & leues pluias faciunt, sed in alijs signis cū coierint (ut plurimū) serenitatē ferè indicant.

Iouis ☽ ☿ uel ☿ cum ☿ uenti agūtur, & est magna apertio portarum.

Martis ☽ ☿ uel ☿ cum ☉ in signis igneis siccitatē, in aquaticis imbres, pluias & tonitrua agunt.

Martis ☽ ☿ uel ☿ cum ♀ in humidis pluias faciunt, dummodo fiat apertio portarum statim.

Martis ☽ ☿ uel ☿ cum ☿ in signis calidis caliditatē, in siccis siccitatē in aquaticis imbres designāt, sub mansione autē aerea uentos exagitant.

Solis & ♀ coitus in signis humidis adiutus per ☿ aut ☽ aspectum Lunæ pluiam præsignāt.